



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De p[oe]ni[tenti]a malè serua[n]tis sacr[amentu]m euc. c. 83

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

stiam habeat paratam: vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet: ne sine communione moriatur.

De penitentia male seruantis sacramentum. Cap. 81.

Et concil. Aurelian. c. 6. Qui negligentiam erga sacrificiū fecerit, vt a vermibus consumptū ad pibilyū deuenit, tres quadragesimas in pane et aqua peniteat. Si integer inuentus fuerit in eo vermis, comburatur: et cinis sub altari condatur: et qui neglexerint, quaternis diebus suam negligentiam soluant. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificiū. 20. dies expleantur ieiunio. Conglutinatū vero, septem dies qui in causa sit peniteat. **Ex concil. Remen. c. 3.** Corporale, super quod sacra oblatio immolatur, ex mundissimo et purissimo linteo fit: nec in eo alterius generis materia preciosior aut vilior misceatur, et nunquam super altare remaneat, nisi in tpe missę: sed aut in sacramentorum libro ponatur, aut cum calice et patena in mundissimo loco recondatur. Et quando abluatur a sacerdote, diacono: vel subdiacono: primo in ecclesia, in loco et vase ad hoc preparato abluatur: eo quod ex dominico corpore et sanguine infectum sit. Post hec a lauandario nitide lotio paretur.

Casus prohibiti et concessi tempore generalis interdicti ecclesiastici.

Isti autem sunt casus concessi, et prohibiti tpe generalis interdicti sicut in dñm Jo. Andr. de Calder. Bononiensem famosissimū vtriusque iuris doct. **Primo** offerri potest baptismus, cum officio cathecumenorum. **Item** confirmatio potest offerri, et chrisma offerri. **Item** penitentia imponi potest, et absolui: remanentibus alijs circumstantijs. **Item** infirmis potest dari corpus Christi in presentia affantiū. **Item** corpus Christi potest portari cum lumine, et campana pulsari. **Item** pulsari potest campana pro predicatione, et predicari. **Item** non debet pulsari aliqua campanula pro diuino officio ad congregationem clericorum. **Item** non debet pulsari aliqua campana, vel campanula pro funere. **Item** laici possunt pulsare campanam ad ostendendum tempus horarum, sicut tertiam, et nonam etc. **Item** potest pulsari ad Ave maria. **Item** famuli sacerdotum in ecclesia non collegiata possunt admitti ad diuina, non autem collegiata.

Item sacerdos potest mutare famulum et alium recipere, **Q 2** vel